Digitale Westfälische Urkunden-Datei (DWUD) - http://www.dwud.de - a1044972

Beiheft

S 2n.

vor 1344. 2n [709

Notandum, quod domina Helena de Buchorst (!) pro tempore preposita secularis ecclesie Vredenensis, que obiit anno Domini M°CCC°XLIIII° die sancti Johannis apostoli et ewangeliste post occasum solis, legavit tantum de rebus suis personis ecclesie Vredenensi, quod in suo anniversario dominabus capituli XII solidi et plebanis et canonicis tres solidi denariorum Monasteriensum presentibus tribuentur. Sciendum eciam, quod pecunia dicte domine preposite data fuit cum alia pecunia ecclesie pro curtibus Odinc et Hergerinc ad procurandum redditus XV solidorum predictorum super addita parte bonorum Gerkinchove, que patet in copia littere cuiusdam superius scripta in hoc libello.

Notiz des 14. Jhdts.; Kopiar fol. 83v.

© LWL-Archivamt für Westfalen, Internet-Portal "Westfälische Geschichte" - LWL 03/2007